Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XXII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

uerius non potes tantum descendere quantum dominator tuus. Et iterum. Ad hoc enim ad ymaginem xpi facti sumus ut imitatores efficiamur uoluntatis eius et conuersationis. Quia in hoc sumus ymago eius ut quod ei bonum uidetur et apud nos sit bonum et quod ei malum uidetur et apud nos sit malum. Cum igitur autem dominus humilitati studeat et tu iactantie studes non es ymago eius. Et qui domino paupertatem amante diuitiarum amator est in hoc solo repellit a se xpi similitudinem. Non enim est uerus discipulus qui non imitatur magistrum nec est uera ymago que similis non est auctori suo. Crisostomus. Humilia ergo te ipsum et imitare magistrum et dominum tuum. Vituperabile enim ualde est ut discipulus se erigat ubi magister se inclinat et quod seruus sit superbus ubi dominus est humilis quia non est discipulus super magistrum nec seruus super dominum suum. Quia enim homo per superbiam cecidit necesse est per humilitatem resurgat. Oracio

Domine ihesu xpe qui pro nostra salute calicem passionis bibere et baptismo sanguinis perfundi uoluisti et non temporaliter dominari et misereri sed humilis seruire et ministrare ac uitam tuam pro nostra redempcione dare uenisti. Da michi misero pro meo modulo tui calicis et baptismi cum paciencia et gaudio spiritus participem fieri et te magistrum ac dominum in humilitatis operibus imitari et non solum in operibus mee misericordie proximis impendere sed eciam uitam si necesse est pro eis ponere et tandem ad regnum claritatis tue parituram feliciter peruenire amen. De uno ceco ante ingressum iericho illuminato

Factum est autem ut appropinquaret dominus ihesus iericho que est urbs inter galileam unde descendebat et ierusalem quo ibat distans duabus leucis a iordane et septem a ierusalem et sita ad eius partem orientalem. Hec autem ciuitas quondam nobilis nunc autem humilis ad solum destructa est et sola domus raab ob signum fidei remanet. eius enim adhuc parietes sine culmine durant. Iuxta iericho fons est dulcis ad potandum pinguis ad rigandum qui quondam amarus ad potandum et sterilis ad rigandum per elizeum sanatus est. Hic fons sub monte quarentane oritur et deinde iericho que duobus miliaribus inde distat diriuatur. Ad hanc ergo ciuitatem dominus declinauit ut scilicet. sanaret in ea multos male habentes

Et tunc cecus quidam qui sedebat iuxta uiam mendicans. cum turbam pretereuntem audiret et ihesum transire praperet magnam cum clamore non tantum exteriori sed eciam interiori petebat dicens Ihesu fili dauid miserere mei. In quo cecus iste utramque naturam in xpo confitetur scilicet humanam in eo quod dicit ihesu fili dauid. a dauid enim carnem suscepit diuinam in eo quod dicit miserere mei. proprium enim est deo misereri creature quam condidit secundum illud psalmiste miseraciones eius super omnia opera eius unde Cirillus. Iste cecus in iudaismo nutritus non ignorauit quod de progenie dauid deus secundum carnem nasceretur et ideo ei ut deo et homini loquitur. Et licet ~~increparetur~~ *increparetur* a turba pretereunte et doctrinam xpi auscultante ipse tamen multo magis clamando petebat sibi misereri timens ne eo uiro preteritte impediretur auditu et exauditu peticionis sue. Ihesus uero tandem propter suam benignitatem stetit quia cecus eum sequi non potuit et iussit eum adduci ad se ne turba prohiberet et occasionem sanandi ipsum propter suam confessionem haberet. Magne pietatis signum in xpo fuit qui ipsum cecum expectare uoluit et ad se adduci fecit non aculus. Dicit autem xpm nos inuocantes in fide et inuocantes in fide inspirat. Et ideo merito uocat cecum et accedere iussit ut scilicet qui prius fide eum tetigerat appropin-

quiet et corpore Hic deberent facere nri pri-
cipes cum viderent pauperes conquerentes
s. stare et facere vocari eum quid vellet no
q hoc ignoraret s; ut eius confessio appareret
Et scdm ambro. ut sciremus nisi confitentem
non posse saluari et ut cor eius ad oracionem ex-
citaret et lumen quod ex sua bonitate largi-
turus erat ad suam peticionem tribueret quia non
sanat inuitos s; voluntarios Unde aug. Qui
creauit te sine te iustificabit te sine te non
et ambro. vult omnes homines saluos fieri s;
si attendant ad eum non enim sic vult ut no-
lentes saluentur s; volentes non enim vera
salus est si nolenti tribuatur Item scdm cirillum
interrogauit ut scirent astantes q non pecu-
niam s; diuinam efficaciam a deo petebat
Vide et li. domini clementiam quia non de-
dignatus est non solum stare s; et alloqui
personam vilem et pauperem ¶ At ille re-
spondens dixit. domine ut videam ubi mi-
seriam et necessitatem suam insinuat ac remedium
et reuelacionem nec aliquid aliud petebat postulat
Voluit ergo dns audire confessionem qui tn non
ignorat mentis intencionem Ut cognosceremus
non nisi confitentem posse sanari ab infir-
mitate spus Unde hunc cecum sanare no-
luit q diu clamauit in generali miserere mei
s; postq specialiter insinuauit miseriam et
reuelacionem sibi misericorditer postulauit
tunc eum sanauit Decuit enim ut videret
et huius verbo potentissimo quo dixit fiat
et factum est dixit illi respice Breue verbum
s; in opere efficacissimum ¶ Et quia in
fide credencium verbum domini operatur ideo
subiungitur fides tua te saluum fecit Ex fide
enim impetratur salus corporalis et spiritualis
et eternalis Et confestim vidit et sequebatur
illum magnificans deum .i. magnum dicens
eum non magnitudine molis s; virtutis
Non sufficit lumen recepisse nisi etiam lu-
men sequatur ne ambulet in tenebris Ec-
ce ergo signum illuminacionis perfecte et in-

animate in corpore unde secundum cirillum
patet q iste cecus a duplici cecitate libe-
rabatur s. corporali et intellectuali Nec
enim eum ut deum glorificasset nisi vere
vidisset ubi et theo. Grata enim erat ani-
ma in eo q sanus effectus illum non reliquid
s; secutus est eum ¶ Et non solum fuit
illuminatus s; et aliis factus est occasio glori-
ficandi deum et omnis plebs illuminata est
ut diuinum ad in xpo cognosceret unde
sequitur Et omnis plebs ut vidit dedit
laudem deo glorificando facta dei congra-
tulando utilitati proximi hec enim sibi retinet
dominus de beneficiis suis s. gloriam unde ait
Gloriam meam alteri non dabo vobis autem
relinquo utilitatem Et non scdm glo. in quatuor
causas istius laudis prima est pro exaudicione
clamoris pauperis secunda pro pro et nra illu-
minantis Tercia pro impetrato munere
lucis quarta pro merito fidei eius qui il-
luminatus est ¶ Scdm greg. quia carna-
les adhuc discipuli non valebant capere
verba misterii venitur ad miraculum an-
te eorum oculos cecus lumen recepit ut eos
ad fidem celestia facta solidarent Et s.
theoph. Ne incessus domini esset inutilis
fecit ceci miraculum hoc documentum
discipulis suis dans ut in omnibus simus
proficui et nichil nobis ociosum ¶ Misti-
ce scdm greg. cecus a domino illuminatus est
genus humanum quod in parente primo clarita-
tem superne lucis ignorans dampnacionis
sue tenebras accepit Iericho autem interpreta-
tur luna que dum mensibus momentis decrescit
defectum nre mortalitatis designat Dum igitur
conditor nr appropinquat Iericho cecus ad
lumen redit quia dum diuinitas diui-
nitas defectum nre carnis suscepit huma-
num genus lumen quod amiserat recepit
Qui ergo eterne lucis claritatem nescit
cecus est Si autem iam in redemptorem
credit ego sum via iuxta viam sedet ||

Qui uero credit et exorat ut eternum
lumen recipiat iuxta viam ſedet et me=
dicat Quiſquis ergo cecitatis ſue tene=
bras agnoſcit quiſq; hoc quod ſibi dee
lumen eternitatis intelligit clamet medul=
lis cordis clamet et vocibus cordis dicens
Ihesu fili dauid miſerere mei Illi autem qui
ihesum uenientem precedunt et cecum incre=
pant deſignant carnalium deſideriorum
turbas tumultuſq; uiciorum que priuſq;
ihesus ad cor nostrum ueniat cogitaciones nostras
diſſipant et uoces cordis in oracione per=
turbant ne ihesus ad cor illuminandum
accedat Sicut enim turba cecum impedit
ne lumen corporale recipiat sic ſpiritualis
turba fantaſiarum et cogitacionum frequenter
impediunt nos ne lumen gratie recipiamus
Sed in eo quod cecus quem turba increpat
magis clamat datur nobis exemplum
quod quanto plura occurrunt nobis impe=
dimenta tanto magis eſt clamandum et
quanto grauiori tumultu cogitacionum
premimur tanto oracioni attencius eſt inſiſ=
tendum vnde Jero· Comminantur autem multi
ei ut taceat quia peccata et demonia compeſ=
cunt clamorem pauperis Sed ille magis
clamabat quia graueſcente bello manus
ad lapidem adiutorii hoc eſt ihesum nazare=
num cum clamore leuande ſunt vnde et
Cirillus Increpabant eum ut taceret ſed per
inhibiciones huiuſmodi non impediebatur
eius audacia nouit enim fides omnibus re=
pugnare et in omnia triumphare· Vtile
enim eſt pro cultu diuino pudorem depo=
nere nam ſi cauſa peccare ſunt impuden=
tes non nulli pro anime ſalute non decet bo=
nam induere impudenciam Sed cum cecus
primo clamaret ihesus tranſire dicitur cum autem
multo magis clamaret ſtat ihesus quia cum
ad hec turbas fantaſmatum in oracione pa=
timur ihesum aliquatenus tranſeuntem ſen=
timus cum uero oracioni uehementer in=
ſiſtimus deus in corde figitur et lux a=
miſſa reparatur Ex quo docemur quod
ſi in oracione primo ſenſerimus ihesum nos quaſi
per tranſeuntem poſt paululum inſtan=
ter perſeuerantes ſenciemus nobiſcum
ſtantem Interrogat autem cecum quid ue=
lit ut eum ad orandum excitet quia pe=
ti uult hoc quod et nos petere et ſe con=
cedere prenoſcit prius enim dominus ſua dona
gratuita nostra uult merita eſſe nec uult
bonum nostrum inuitum et coactum ſed ſpon=
taneum et uoluntarium et quod nobis
ſponte largitur uult nostris peticionibus exhiberi
Et ideo quamuis ſciat quid nobis neceſſe ſit
antequam petamus importune tamen nos ad
petendum inuitat dicens petite et acci=
pietis querite et inuenietis pulſate et
aperietur uobis In ceci autem peticione deſignatur
quia in oracione non aurum non argentum
non fugitiuos honores non longinquam
uitam non uindictam inimicorum non ad
temporale ſed ineffabile lumen querere debemus
hoc eſt ut ipsum qui illuminat omnem hominem
uenientem in hunc mundum uidere poſſimus
iuxta quod ipſe ammonet dicens querite
primum regnum dei et iuſticiam eius et
hec omnia adicientur uobis Ad illud autem
lumen uidendum profecto uia fides eſt quia
fides eum ſaluum fecit· Videns autem confeſtim
precuntem ihesum ſequitur qui quis bonum quod
intelligit intuitu eius operatur et eum imi=
tatur Quanto ergo quiſq; plus a deo illuminatur
tanto amplius et perfectius in bonis
operibus exercere ſe debet ſicut iſte cecus
recepto lumine non piger remanſit nec retro
rediit Et hic talis non ſolum in deum pro=
ficit ſed etiam alios ad laudem dei attendit
C Vbi greg. Si ergo fides tam cecitate
iam nre peregrinacionis cognoſcimus ſi creden=
do in redempcionis nostri miſterium iuxta uiam
ſedemus ſi exorando cottidie ab auctore
nostro lumine petimus ſi tandem lucem iam

per intellectum videndo illuminat p⁹
ceatatem sumus idem quem mente cer-
nimus opere sequamur. Aspiramus q̄
gradit̃ et eius vestigia imitando tene-
amus. Ecce cum sit dominus ac crea-
tor angelorum suscepturus naturã nrã
in utero virginis venit. Nasci tamẽ per
diuites noluit parentes pauperes elegit
prosperari in mūdo noluit obprobria irri-
siones q3 tollerauit sputa flagella ala-
pas spineam coronam crucemq3 sustinuit.
Et quia vero corporalium delectatõe a gau-
dio eterno cecidimus cum qua amaritudĩe
illuc redeat̃ ostendit. Quid itaq3 homo
pro se pati debet si tanta deus pro hoibus
protulit. diuerso quippe itinẽ ambulat
si gaudia delectatões q3 appetit cui deus sic
iam amaritudinis ostendit. Si ergo ver-
bacõis gaudium in predicõe querim⁹ primo
amaritudinẽ in via teneam⁹. Sicq3 fit
ut non solum nra in deũ vita proficiat
s3 hec ipsa nra conuersacio ad laudem dei
et alios attendat. Hec gregorius. Hec etiã que
de ceco dicta sunt ad unũ q̄q3 peccatore
sp̃ũaliter referri possũt. Cum enĩ criminale pctm
committit in opere cecus est in mente. Q3
si iter ueritatis ingredi incipiens pro eterna
vita ceperit cogitare et ad deũ post pctm
flendo et veniam petendo redire secus viam
sedet et mendicat. pretereuntes vero silen-
cium ceco imponẽ volunt quia immũdi sp̃i
aliqui⁹ contra eum que ad veiam redire
videtur consurgunt et ne peccator ad
primam redeat contradicunt. Nec solũ im-
mũdi sp̃s s3 etiã ipsa cõsuetudo peccan-
di durius incipit rebellare cum senserit
post assueta mala ad uirtutes hominẽ
uelle redire. Q3 q̄ cũi se sentit impugnari
a malignorum spirituum temptacõe seu
ab ipsa peccandi consuetudine eo fortius
debz exemplo huius ceci pugnare i oracõe
clamando per desideriũ ad deũ clamor
enĩ magnus magnũ indicat desideriũ.
Et vere expedit peccatori clamare quia
longe distat a deo longe enĩ a peccatoribus
salus. Et s̃m hugonẽ si ad primas lacrimas
uel preces deus non exaudit homo preces
iterare non desinat magna enĩ munera
sunt multis precibus comparanda. Neq3
enĩ diuina pietas adiutoriũ se petenti
negabit si ille orando a peticõe nõ defe-
cerit. Nec de suis meritis ad presumat sed
in illius imã confidat cui per prophetam
dicat̃. In deo faciemus uirtutes et ipse ad
nichilum deducet inimicos nros. Qualitatẽ
autẽ viam dom⁹ penitentibus exhibeat
quale auxiliũ pugnãtibus contra pctm
prebeat consequẽt̃ declarat̃. Cum enĩ prius
transibat xp̃s temptacões quas in oracõe
patimur si in oracõe perseuerauerim⁹ quasi
stans nos ad se adduci iubet qui tran-
quillitatem mentis redditam dulcedine
sue contemplacõis uel tenuit manifestat.
Et quia in oracõe ante omnia eterna gloriam
querere debemus iste cecus lumẽ a domino
petisse fertur. Et qui quiciq3 non negli-
git penitere de venia non debet desperare
recte dicit̃ fides tua te saluũ fecit. Quia
cumq3 enĩ hora peccator vere penitendo
ingemuerit et conuersus fuit saluus erit.
Secundum augustinum. Jericho lunam et ob hoc
mortalitatẽ interpretat̃ morti appropinquãs dñs
iudeis solus lumen ewangelij uisserat p-
dicari quas significauit iste vnus cecus in
ingressum iericho illuminatus. quilitas con-
memorat. a mortuus autẽ resurgens atq3
ascendens et iudeis et gentibus quos du-
os populos significare videntur duo ceci post
egressum Jericho illuminati de quibus matheus
narrat. Oracio
O Benigne ihu non personas hom
respiciens omnes expectans creator om-
nium misereris redemptor omnibus in-
dulges saluator. Cuius igit̃ nisi sue sa-

lutis immemor tardabit ad te converti
ſic benigniſſime expectantem ſic ad hoſti-
um pulſantem et per gr̄iaz intrare vole-
tem Da ergo domine deus meus michi re-
cto et miſſo ut a te vocatus aperiaz tibi cor
meum pctm̄ inde expellendo et te p̄ gr̄az
recipiendo ut illumatus te ſequar nūc in
operibus virtuoſis et poſt hec de tua viſi-
one ſemper gaudere merear in celis

De zacheo et eius convivio capłm xx

Deinde eadem die ihc ipaz
urbem Jericho ingreſſus
ambulabat per eaz tur-
ba non modica ſtipatus
Jericho ſig̃ficat mundum
quem intravit ihc in incarnatōe ambu-
lavit in ſua converſatōe ſʒ per ambulavit
in ſua paſſione ex qua perambulatōe
facta eſt ſalus domui ecclē Mundus e
perambulandus quia per eum eſt cici-
ſime tranſeundū et nullo mō per inordi-
natum amorem vel affcōz eſt ibi ſiſten-
dum vel ei inherendū Vix enī eſt aliqꝰ qui
non inficiat̄ ſi circa mundi negocia impli-
cet ¶ Zacheus aūt qui erat non mō cīn
publicanꝰ ſʒ et princeps publicanoꝝ et
p̄mus inᵉ illos qui vacabant publicas
actibꝰ ſcꝫ exactoribus et vectigalibꝰ que
implicant ad pctm̄ ac dives quia in ac-
quirendo avarus et tpalibus implicatꝰ
ex quo in eius vocatōe apparet dei mīa et
dīne pietatis habundancia deſiderabat
ex devocōe videre ihm Beati enī oculi q̄
vident ipm̄ et non poterat p̄ turba ſeq̄re
eum quia ſtatura puſillus erat et corpe
ſm̄ qn̄titatem et mente ſm̄ humilitatem Ex
quo pꝫ devocō ipſius ad xpm quia tanta
turba ſequebat̄ eum ¶ Et precurrens i.
p̄ aliis currens aſcendit in arbore ſicha-
moꝝ ut videret ihm tranſeuntem unde
beda Ecce impoſſibilia ſunt apud hoīes

poſſibilia ſunt ꝯ(apud) deum Ecce enī camelus
depoſita gibbi ſarcina per foramen acus
tranſibit hic eſt dives et publicanus Relicto
onere diviciarum contempto cenſu frau-
dium anguſtaz portā arctamqꝫ viaz que
ad vitaz ducit aſcendit Cuius intra devocōe
fidei ad videndum ſalvatorem quod natā
mīꝰ habebat aſcenſu ſupplet arboꝛis atqꝫ
ideo viſte cuius ipē rogare non audeat
bndictōꝫ dñice ſuſcepcōis accipit q̄ deſide-
rabat hec beda Sichomorus eſt arbor in
foliis moro ſilis et in aliis ficui ſꝫ ſtipite di-
ſtans et altitudine preſtans unde et a lati-
nis celſa dicit̄ Et interpretat̄ ficus fatua quia
arbor eſt ſterilis ſic eꝫ dicit̄ ſichomorus i.
ficus morus vel ſcribit̄ ſichomorus ꝯ ſico
moro vicio ſcriptoꝝ unde ſm̄ Joſephū pociꝯ
deberet ſicomorus quia componitur ex nā
ſica quo ad lignū et ex natura mori quo ad
folia Sicomora eꝫ dicit̄ quedaz poma ſicas
ſilia ficus aūt mori liquorem ſagui ſilem
habet unde dicit̄ ꝯoſtenderunt elephātes
ſanguinem uve et mori ad acuendū eos in p̄-
lio ſcꝫ corꝑli Et ideo morus crucem ſignificat
auꝰ ficus dicit̄ ipē xpc in ea ſuo ſangue
rubricatus q̄ ſanguis nobis per ſacramenta
onſis acuit nos in prelio ſpūali Dñica cruc
crux credentes alit ut ficus ab incredulis
irridetur ut fatua quia iudeis e ſcādalū
gentibus vero ſtulticia ſꝫ credentibus virtꝰ
dei eſt hec ergo arbor in qua puſillus ſta-
tura zacheus ut exaltari poſſet aſcendit
arbor fidei et crucis eſt ad quaz multi veni-
entes ut in eaz aſcendentes q̄uis ſtatura
parvuli fuiſſent et non dum in ſcīa et per-
fectōe multum creviſſent inde tn̄ ihm vide-
re et cognoſcere meruerunt Huiꝰ arboꝛis fructus
ſanguineus eſt per quem martires ſig̃ficant̄
qui tam firmiꝰ huic arbori inherent ut po-
cius occidi et ꝓ(pro)ꝓo ſangue cruentari q̄ a ſua
arbore i. a xpi fide et cruce valeāt ſepari